

Die autem decimaseptima Julii (*) praedictus Capitaneus viator gallearum Januenium cum aliis Capitanis inde se transtulit ad Civitatem Cathari, tunc Regi Hungariae subditam, qua die Dominica decimaquarta Augusti MCCCCLXXVIII. devicta, & saccomanata, pepercit Civibus, eisque Civitatem restituit, Castro in custodia Ducali retento. Sentitoque quod Janua nova gallearum instauratur armata, vir nobilis Jacobus Delphino miles cum decem galieis, & subsequenter nobilis vir Petrus Gradenico cum VI. galieis ad classem, seu stolum praedictum illico transmittuntur. Exeunte de mense Septembri MCCCCLXXVIII. nova armata Januenium supradicta, Capitaneus noster ad eos reperiendos properans ivit apud Neapolim, quod illuc transiverant; unde recedens die noctuę persecutus est eos. Applicans autem decimo Octobris supra Caput Sanctae Mariæ Otranti, dedit XVII. galieas Januenium, quas ob nimiam distantiam, hominumque nontrorum lassitudinem, quia in persequendo numquam cessaverant, eas capere minime valuebant. Nostræ igitur galieas pro victualibus, quibus summe indigebant, ierunt in Apuliam, quibus suscepimus, versus Jadram quanto citius navigarunt, ubi nullas galieas hostium invenierunt. Persistentibus ibi aliquibus diebus, & Portum & Civitatem stimulantibus cum bombardis, die XXII. mensis Octobris applicuerunt ad eos supradicta VI. galieas a guadagna.

Die XXIV. Octobris Capitaneus noster ivit ad partes Sebenici, & dimissis duabus galieis ad custodiā Punctæ, & duabus ad Sanctum Nicolaum, intravit cum navibus Gulphum dictæ Terræ, præmisso Nobili viro Ludovico Laureano Provisore cum IX. galieis ad tentandum corda Sibernicenium. Sed viso, quod se ad defensionem parabant, aliquibus nostris intratibus capta fuit Civitas, & incendio ac præda submissa.

Revertuntur nostra galieas Jadram; stantes ibi multis diebus, custodientes, ne galieas hostium Portum Jadra introirent.

Die Mercurii decima Novembri prædicto Ludovico Provisore eunte Arbam cum decem galieis confestim Arbenes clavibus exhibitis ad suum verum Ducale Dominium redierunt.

Tota Clavis à Jadra recedens die XVI. Novembri reperit sub muris Tragurii intra Priopae evam, & palatam, supradicta decem septem galieas Januenium, non audentes inde recedere. Verum quia Insula opposita producit ibi duas buccas, per quas ad Civitatem patet accessus, quamvis gentes nostræ plurima damna Tragurii intulerunt, pluribusque diebus Scudæ permanerunt, plena tamen obsidio firmari non potuit.

Hyems tota in partibus Dalmatiæ consumta est, illatis maximis damnis maritimis & terrestribus contra Ragusium, & partes Dalmaticas.

Bonus Dux noster, ne Annona Civitatibus & fidelibus suis desit, semper vigilans, destinatis quampluribus Ulceris, seu galieis grossis, contis, alisque navigiis mandavit, ut galieas nostris sociarentur in Apuliam, & inde Polam.

Sic die Dominica XXIV. Aprilis recessit Capitaneus noster à Manfredonia cum omnibus ga-

(*) In margine Codicis Ambrojani: Hoc anno MCCCCLXXVIII. mense Junii Franciscus Carrarius misit Nuncium Venetias ad dissidendum Venetos nomine suo, Regis Ungarie, & Patriarche Aquilejæ. Patriarcha hoc tempore mi-

A leis, & navigiis, ac tritici maxima copia, quibus usque Polam sociatis, iterum ad partes Dalmatia revertitur; tandem ob immensitatem algoris, maritimæque tempestatis, gentem nostram non paucis coastam incommodis se oportuit reducere ad Portum Polæ. Utinam venisset usque Venetias, ubi pleniū refecta fuisset.

Mittuntur Polam subvenientes pecunia vietalium, & gallearum de novo armatarum. Galieas veteres reparantur in Portu Polensi; sed antequam reaptæ fuissent, quia aliquæ palonabantur, aliquæ non omnes viros suos habebant, aliquæ ab aliis remotæ erant, supervenerunt hostes Anno MCCCCLXXIX. die V. Maii cum XXIII. galieis & duabus Galladellis, licet demonstraverint solum galieas XVIII. contra quas ex nimia audacia primò XVI. ex galieis nostris exiverunt, subsequenter duæ semiarmatae hostibus dissimilantibus fugam, donec fuerunt prope alias quatuor, quæ in insidiis latabant. Ad primum enim insultum egregius vir Lucianus Auria Capitaneus Januenium extitit interfactus, aliquibus ex galieis hostium conficitis.

Tandem nostris, sicut casus dedit, succumbentibus, oportuit Capitaneum nostrum recedere cum IV. galieis, ita quod galiea XIV. ad manus hostium remanerunt cum multa ipsorum hostium strage, & multis vulneratis. Si fas est dicere, non Deum, sed fortunam, quæ in omni quippe re juxta Salustii sententiam plurimum dominatur, accuso. Ulque in illam horam cuncta pro Venetiis, immo pro justitia successerunt. Equidem tam potentissimi hostes conficti obsidione, expensis, & damnis, atque tedium adeo erant afflitti, quod pro certo tanta guerræ finis pacificus meruisset imponi. Sed hostis humani generis, qui discordiæ somitem ministrauerat, potestatem propter peccata hominum habuit illudendi Januenibus, ut pro dicta victoria elati velut aspis furda recusarent acquiescere paci, se futuri calamitatibus reservando.

In tantam enim Januenies eorumque Collegati insolentiam devenerunt, quod inexpugnabilem Civitatem Venetiarum vincere auctu temerario se jactarent.

D Veniunt ergo cum suo exstoleo die Pentecostes MCCCCLXXIX. supra Portum Sancti Nicolai de Litorie, ubi casualiter invenerunt unam Coccham Mocenicam de partibus Syriæ venientem, quam absque aliqua eorum utilitate cremarunt. Aucti autem non fuerunt appropinquare ad Catenam, nec ad Fortalitium ibi constitutum, optimis balestraris & aliis armigeris communitu, ubi erat Capitaneus egregius ac strenuus miles Dominus Jacobus à Caballis Veronensis, ut Januenes haberent causam à mari Adriatico recedendi. Transmittuntur Anno MCCCCLXXIX. die VIII. Julii aliæ VI. galieas peroptimas armatas ad Carolum Zeno ad partes Neapolitanas existentem, quarum fuerunt Supracomiti viri nobiles,

Michaël Delphino,
Franciscus à Boccolis,
Ludovicus Dandolo,
Nicolaus Zeno,
Petrus Quirino, &
Joannes Barbo.

Ipse autem Carolus ad Riperam Janua cum aliquibus galieis se transtulit, qua plurimum læsa

fuit equitum manu ad deprædandum agrum Tarvisinum usque ad Sanctum Ambrofium. Caminates, Girardus, & Guecillo rebellant Venetis; Qui Reguli multa oppida circa Plavim possidebant.